



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Antonij Maioragij|| Orationes|| Et Praefa-||tiones

Majoragio, Marcantonio

Monasterii VWestphal., 1599

VD16 ZV 10313

Bernardini Parthenii SPI Limbergii. Ad io. Pertrum Ayroldum Marcellinum,
Philosophum & Medicum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68843](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68843)

BERNARDINI
PARTHENII SPI-
LIMBERGII

Ad Io. Petrum Ayrol-
dum Marcellinum, Philosophum
& Medicum.

Squalida desertis Romana eloquentia quondam
In tenebris latuit, tacitoq; obmutuit ore,
Ceu cum siue Gothi irruerent, seu Pannonies, omnia
Vastantes late: At tandem sese extulit, atrum
Informemq; exuta situm, speciosa per vrbes,
Per populos victrix longè exhilarata nitescit.
Tu, Maior agi, Ausonia Musisq; Latinis
Restituis pulsum, atq; nouum decus addis habendum.
Non tot Vere nouo, vario cum lata colore
Vestitur, passim vernant cum flore a rura,
Fundit opes tellus, pleno quot pectore sensus,
Diuitias quot culta tua facundia lingua
Promit. Te prasens at as seriq; nepotes,
Arida Cecropio rigantes ora liquore,
Doctrina ingeniq; tui monumenta reuoluent.
Viues. Nulla sacrum premet inuidiosa vetustus
Nomen, Lethae aut mergent obliuia ripa.
At poteras Erebi nigris immergier vndis,
Et tot suscepti frustra perisse labores,
Ni iuuenum flos atq; decus, dum laboris Orco
Paulatim, ingenti patrioq; incensus amore

Mar-

Marcellinus amor Musarum subleuet. Is nam
Aeternis curat tua scripta intexere chartis. =
Qua passim volitent, quae quondam discat Iberus,
Quaelegant latè nostris loca disita terris,
Doctaq; miretur diues Germania regnis,
Et Rhodani potor, foecundiq; incola Rheni.
Maecte animo & pietate, tuo sub flore iuuenta
Magna parans studijs Musarum fultus auitis:
Dum Tu alijs vitam profers, in secula viues,



M. A. N.